



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

De nuptiis prohibitis fratrum & sororum spiritualium ex susceptione in
baptismo. Capvt XXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

ANNO CHRISTI 325
clesiam , ad audiendum tamen scripturas. Quando autem impletum fuerit hoc tempus pœnitentiæ 20. annorum, licebit intrare in ecclesiam , & sumere sacram communionem.

De susceptoribus in baptismo.

C A P V T XXII.

Viri non teneant in baptismo feminas , neque mulieres teneant mares : sed potius mulieres teneant feminas , & viri teneant mares.

De nuptiis prohibitibus fratrum & sororum spiritualium ex susceptione in baptismo.

C A P V T XXIII.

Neque vir det filio suo in matrimonium eam quam vxor sua tenuit in baptismo ; neque mulier det filiam suam in matrimonium ei quem maritus tenuit in baptismo ; quia isti habentur vti fratres & sorores spirituales ; & eorum pater & mater , similiter vt pater & mater spirituales.

De eo qui duas vxores simul duxit , aut per libidinem alteram mulierem uxori superinduxit , & de pœna eius.

C A P V T XXIV.

Nemo debet duas vxores simul ducere , nec vxori suæ alteram mulierem propter voluptatem & desiderium carnis subintroducere , proiiciendo se in periculum peccandi , versando cum pluribus ad concupiscentiam , nec ad semen suscipiendum , sicut Deus ordinavit : & qui hoc fecerit , si fuerit sacerdos , prohibeat ministerio sacrificandi , & communione fidelium , quo usque eiiciat domo se-